

S Y N O P S I S
PLANTARUM PHAENOGAMARUM
AGRO LIPSIENSI INDIGENARUM.

G U R A
CAROL. GUILIELM. LUDOV. PAPPE
MEDIC. ET CHIRURG. DOCTOR.

LIPSIÆ, SUMPTIBUS LEOPOLDI VOSSII
MDCCCLXXVIII.

VIRIS

**EXCELLENTISSIMIS, EXPERIENTISSIMIS,
AMPLISSIMIS, DOCTISSIMIS,**

**JOAN. GEORG. CHRIST.
LEHMANN**

PHILOS., MEDICIN. ET CHIRURG. DOCT., HISTOR. NATUR. IN
GYMNAS. ACAD. HAMBURGENS. PROF. ORD., BIBLIOTH. PVBLIC.
PRAEFECT., HORT. BOTAN. DIRECT., ACAD. LITERAR. IMPER.
PETROPOLITAN., SOCIET. CAESAR. NAT. CURIOS. LEOPOLDINO-
CAROLINAE, SOCIET. NATUR. SCRUTAT. NEW - YORCKIAN.,
HALENS., BEROLINENS., LIPSIENS., MARBURGENS., SOCIET.
BOTAN. GLASGOVIENSIS ET RATISBONENS, SOCIET. HORTICULOR.
LONDINENS. ET BEROLINENS., NEC NON SOCIET. MINERAL.
JENENS. MEMBR. ORDINAR., SOCIET. MEDICORUM HAMBURGENS.
ET PHARMACEUT. GERMAN. SEPTENTRIONALIS
SODAL. HONOR. ETC.,

E T

GUSTAVO KUNZE,

PHILOS., MEDICIN. ET CHIRURG. DOCT., IN ACADEM. LIPS. PROF. EXTRAORD., BIBLIOTHEC. GEHLERIAN. CUST., SOCIETAT. NATUR. SCRUTATOR. ET OECONOM. LIPSIENS. AB EPISTOLIS; ACAD. CAES. NATUR. CURIOS. LEOPOLDINAE ET MOSQUENSIS, SOCIET. PHYSICO-MEDIC. DRESDENSIS, NAT. SCRUTAT. HALENS., MARBURGENS., MOENO-FRANCOFURT., SILESIAE - VRATISLAV., OSTERLAND., LINNEANAE PARISIENS., WERNERIAN., EDINBURGENS., OECONOM. HASSICO-CASSELENS., BOTAN. RATISBONENS., PHYTOGRAPHICAE LYNDENSIS, PHARMACEUT. GERMAN. SEPTENTRION. RELL.,
MEMBRUM HONORARIUM A. ORDINARIUM,

**FAUTORIBUS AC PRAECEPTORIBUS SUMMA
REVERENTIA PROSEQUENDIS**

HAS STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS

SACRAS ESSE VOLUIT

AUCTOR.

LECTURIS.

Erunt fortasse qui valde vituperent, maleque interpretentur tironem Florae conscribendae in se suscepisse provinciam. Ac profecto verissimum est, laborem huiusmodi non magnam solummodo requirere rei herbariae cognitionem, sed accuratissimam curam, ne vitiosi quid admittatur atque confusio. Quod quidem quum ipse satis cognitum perspectumque haberem, meamque optime intelligerem ingenii tenuitatem, vix huic operae manus admoveere ausus essem, praesertim quum per paucos tantummodo annos agrum perlustrare licuerit Lipsiensem, nisi summa fuisset liberalitas Exp. Kunzii, fautoris aestumatissimi, qui humanitate ipsi consueta, non solum auctor mihi fuit suasorque, ut laborem talem susciperem, sed herbarii sui librorumque lubentissime mihi concessit usum. Hac vero supellectile fretus, eo cupidius occasionem mihi oblatam arripere non dubitavi, quo magis ipse, dum regionem Lipsiensem percurrerem, enchiridii botanici desiderassem praecepta, laboremque igitur meum quo nomina tantum et locos enumeravi natales, haud plane inutilem esse sperarem. Flora nimirum ante hos fere quadraginta annos a Baumgartenio edita, temporis nostro jam parum reperitur idonea, quum

x
et regionis naturam hoc tempotis spatio multis rebus videamus mutatam, et rei herbariae cognitio magis exulta appareat.

In libello ipso elaborando *Enumerationem plantarum Germaniae Helvetiaeque indigenarum* ab E. Steudelio et C. F. Hochstettero Stuttgart. 826. 8. editam, et novissimas quasque mutationes complectentem ad amussim quidem elegi, sed recentiorum auctorum scripta nequaquam neglexi. In generum singulorum distributione eam praesertim sequutus sum institutionem, quam nova systematis Linnaeani editio a cl. Sprengelio nuperrime exhibita mihi praebuit, ea tamen ratione, ut non omnino in verba jurarem magistri, sed hinc inde ab illo discederem. Plantas vel dubias, vel a Baumgartenio aliisque agro Lipsiensi tributas, sed hodie desideratas, in notulas libello conjeci suffixas; novas, a Baumgartenio nondum laudatas asterisco notavi. Synonyma pauca, eaque necessaria tantummodo addidi.

Sed finem imponens praefamini, non possum non gratam meam piamque mentem iis publice spondere viris, qui praeter insignem Exp. Kunzii liberalitatem laborem meum benevole sustentarunt, Exc. Schwaegrichenio et Exp. Radio, cujus utriusque doctissimi viri consilia et specierum locorumque natalium additamenta haud mihi defuisse ex intimo gratulor.

Scripsi Lipsiae d. xxiii. Oct. MDCCCXXVII.

PROOEMIUM.

Floram regionis alicujus conscribenti in eo semper est elaborandum, ut primo et limites constituat, et regionis ipsius naturam exponat. Quod quidem etiamsi haud exiguum saepe praebet difficultatem, ita tamen necessarium est, ut eo neglecto non solum in elaborando sibi ipsi obficiat calculum, quum certum ordinem nullum agnoscit, sed minorem quoque aliis praebet utilitatem. In eo autem florum omnium fere auctores conveniunt, ut naturales fines caeteris praeferant, eas, quae fluviorum decursu et montium jugis solent constitui, nec quidem injuste, quum ex observatione et experientia pateat, harum limitum praesentiam et regionis ipsius fere semper mutare naturam, florumque exinde formam alienare.

Exstat nimirum inter qualemcunque regionem plantasque ipsi indigenas connexus arctissimus, quum ex soli conditione, tum e temperie coeli ac sita redundans. Inter omnes etenim constat, plantarum naturam ita esse comparatam, ut singulae singularem fere requirant soli rationem, has rupibus innasci solummodo, illas e planitie ascendere nunquam; arenam alia nutrire vegetabilia, alia in humo nuce laete progerminare; plantas tandem in arenosis siccis obvias, jam primo aspectu ab iis quae ex humidis ac paludosis emergunt, longe differre. Nec

minoris momenti est alterum illud quod modo attulimus, coeli temperies situsque regionum, calor ac frigoris gradus diversi, pluviorum praesentia sive defectus, conditio ventorum aut impetuosae saevientium, aut modice leniterque spirantium, quippe quum omnia haec plantarum propagationi aut faveant, aut male procurent. His singulis rebus accurate perpensis eo deducimur, ut ex regionis contemplatione plantarum facilius cognoscamus physiognomiam, nec non ex illa vice versa soli et omnis regionis perspicimus naturam.

Agri autem Lipsiensis pedibus circiter 300 maris superficie altioris latitudo borealis est $51^{\circ} 20' 17''$, longitudo orientalis $30^{\circ} 1' 30''$. Limes ejus ita haud dubie erunt constituendi, ut flumina quo circumdatur decursum habeamus amussim, Salam nimirum, ripasque Muldae, cujus utriusque singularis Flora complures easque rariores plantas agro tribuit nostro. At vero quum non regio omnis naturalibus hisce cingatur limitibus, rem institui- mus ita, ut locos et illos reciperemus, in quos iter reditusque uno eodemque die fieri potest, ac non ultra sex horas ab urbe distantes.

Soli ea est ratio, ut exiguum tantum praebeat diversitatem; desunt nimirum rupes, nisi exceperis saxa porphyrea quae Mul- dae ripas coercent; deest fere terra calcarea, omnium facile ferti- lissima et singulari plantarum nutritione conspicua. Ager fere omnis depressus, parum hinc inde in clios ascendit, ingen- tibus tamen paludibus carens. Regionis maxima pars ex humo praesertim vegetabili ficta, argillosis lutosisque interrumpitur stratis, tandem arena: ea tamen minus profunda, quo fit ut arenico- lae verae, *Plantago arenaria*, *Illecebrum verticillatum*, *Carex arenaria* et aliae plures aut plane desiderantur, aut rarissime tantum et sparsim occurrant.

Praeter Muldam Salamque extremos agri nostri fines irri- gantes, duorum imprimis fluviorum minorum ratio erit habenda, Plissae nempe atque Elystri, qui quum maximam regionis hu- jus partem percurrant, huic ipsi singularem impertiunt formam, et mutationes haud exiguas in illa producant. Innumeris enim ramis magnam plagam perrepunt, fossas multas aqua sua praeterea implent, nemora in urbis vicinia posita cingunt, prataque includunt plerumque humida et denso gramine tecta. Omnis autem tractus his rivulis inclusus, exigua tantummodo vegetationis gaudet varietate, sylvae enim plerumque humidae *Quercus alunt*, *Carpinus*, *Tilias*, *Rhamnos*, carent *Fagis*, *Be- tulis* et arboribus acerosis, fundum sicciorem pauloque editio- rem amantibus. — Nec major eadem e causa herbarum existit diversitas, maxima enim observatur graminum caespitose et laete crescentium abundantia; sylvas has omnes implent *Primulae*, *Leucoium vernalis*, *Veronica longifolia*, *Pulmonaria officinalis*, *Allium ursinum*, prataque sylvestria *Graminum* cohors, *Sanguisorba officinalis*, *Daucus Carota*, *Cnidium Silaus*, *Cardamine pratensis*, *Senecio aquaticus* atque sic porro. Ineunte vere Ely- strum fere quotannis ex alveo suo egressa omnem regionem inundat circumjacentem, ac etiamsi interdum semina aliunde petita affert, multa tamen solet auferre, noxamque haud ita me- diocrem parat indigenis.

Alter tandem accedit rivulus Parthae obtinens nomen, prope Gross-Partham et Altenhaynam duplici fonte natus, Plissam serius tentans, prataque tangens humida turfosa, plantis paludo- sis nutriendis aptissima. Praeterea magnus rivulorum numerus posset afferri, quos quum minoris mihi videantur momenti, jam praetereo omnes, unico tamen excepto rivulo Lober, qui in urbis Delitzschii ortus vicinia ac in Muldam prope Bitter- feldam effusus, fertilissima permeat prata ad molendinam

Benndorffianam sita, botanophilis grata, et rarissimis obsita plantis.

Coeli temperies in agro Lipsiensi est ea, ut et caloris et frigoris gradus reperiantur mediocres, humidior tamen aëris nostri inveniatur conditio, vicinisque regionibus paullo frigidior, non ob ventorum occidentalium et borealium impetum majorem, sed ob sylvarum frondosarum humidarumque umbras, fluminumque inundationes crebriores. Hinc autem fieri solet, ut et ipsi fruges minus bene proveniant, seriusque maturitatem suam acquirant.

A procellis regio nostra tentatur rarissime, etiamsi ventorum magna observetur varietas, sed leniores minusque impetuose spirant quam in aliis regionibus nobis vicinis atque montosis.

Ex omnibus his jam satis superque apparet, exiguam plantarum varietatem in agro quem Lipsiensem vocamus esse conspiciendam, praesertim si eam cum regionibus paullo remotis v. c. Halensi comparare velimus. — At enim vero, licet negari non possit, in pratis et sylvis urbi proximis varietatem illam oculos nostros delectantem desiderari, non plane tamen deest locorum plantas et magis diversas adeoque rarissimas nutrimentum copia. His enim praepriis collis Bienitz potest adnuncari, clivus versus occidentem situs, ex arenosis arvis paullo adscendens, ex parte siccus, Quercubus, Tiliis, Carpinis Betulisque ornatus. Huc magnum diversarum stirpium numerum unico loco collocatum videmus; in arborum enim umbris locupletissimis latent Galium campanulatum, Pulmonaria angustifolia, Cynanchum Vincetoxicum, Luzula albida, Lilium Martagon, Dianthus superbus, Hypericum montanum, Lathyrus sylve-

stris, Centaurea phrygia, Orchis sambucina etc. Nec agros quoque sicciores apricos ad sylvae latera sitos reperimus vacuos, quippe in quibus haec rariora quotannis proveniunt: *Asterocephalus canescens*, *Anagallis coerulea*, *Thesium pratense*, *Arenaria tenuifolia*, *Pulsatilla vulgaris*, *Carex humilis*, *Schreberi montana*, nec non alia plura. Occidentem versus prope pagum Kleindölzig collis sensim sensimque in prata descendit ex parte sicescentia, mox humida, paludosa, fonticulo fossisque sulcata, feracia ea, plantisque exoptatissimis obsita. His propriae sunt *Iris pratensis*, *Gladiolus communis*, *Montia fontana*, *Phyteuma orbiculare*, *Campanula glomerata*, *Gentiana cruciata*, *Lysimachia thyrsiflora*, *Ligusticum Cervaria*, *Selinum Oreoselinum*, *Laserpitium pruthenicum*, *Samolus Valerandi*, *Anthericum Liliago*, *Lythrum hyssopifolia*, *Spiraea Filipendula*, *Trollius Europaeus*, *Prunella grandiflora*, *Polygala comosa*, *Lathyrus palustris*, *Tetragonolobus siliquosus*, *Leontodon salinus*, *Hieracium praecaltum*, *Cirsium bulbosum*, rigens, *Herminium Monorchis*, *Orchides speciosae* atque rariores, tandem *Caricum cohoris*.

Huc loco nisi aequiparanda, diserte tamen laudanda est academica sylva, ad margines sicca, ceterum vero lutosā valdeque umbrosa, plantas in aliis agri nostri regionibus sive deficientes, sive saltem rarissimas alens. Ibi *Avena praecox*, *Couvallariae* plures, *Vinca minor*, *Trientalis Europaea*, *Pyrolarum* variae species, *Vaccinium*, *Vitis Idaea*, *Daphne Mezereum*, *Monotropa Hypopitys*, *Rubus saxatilis*, *Astragalus glycyphyllos* et aliae multae.

Nec silentio plane praeterire possumus sylvam oppido Zwenckau vicinam, die Hardt, sylvae academicae haud ita dissimilem; in illa enim praesertim oblectant *Aira flexuosa*, *Campanula persicifolia*, *Trientalis Europaea*, *Melittis grandi-*

flora, *Orob. tuberosus*, *Hieracium dubium*, *Carex montana* atque sic porro.

Fertilissimas praeterea agri nostri recensenti regiones mihi haud negligenda omnino est vinea versus orientem pagi Roeg-litz posita, plantis exquisitis locupletissima. Hic ut de aliis taceam *Setaria verticillata*, *Lithospermum officinale*, *Verbascum Lychnitis*, *Physalis Alkekengi*, *Campanula Thaliana*, *Atriplex nitens* atque *hortensis*, *Astragalus Cicer*, *Tragopogon majus*, *Achillea setacea* et *Aristolochia Clematidis* messem quotannis largiuntur gratissimam.

Nec maritimis insuper plantis regionem nostram plane immunem conspicimus; etenim si *Martisburgum* inter ac *Luetzenam* ad salinas tendimus *Koetschienses*, agros prataque attingimus, quorum solum sale impraegnatum, plantas salsas jucundissimas offert; ibi *Salicornia herbacea*, *Scirpus maritimus*, *Plantago maritima*, *Samolus Valerandi*, *Glaux maritima*, *Bupleurum junceum*, *Apium graveolens*, *Asparagus officinalis*, *Triglochin maritimum*, *Reseda lutea*, *Polygala buxifolia*, *Melilotus dentata*, *Lactuca saligna*, *Aster Tripolium*, nec non magnus aliarum delectus.

Haud injuste vero vituperarer, si agri *Grimmensis* et riparum *Muldae* mentionem non facerem, praesertim quum et ob soli rationem et ob loci ipsius situm plantarum decore polleat. Rupes nimirum *Muldae* undas in alveo coercentes, vegetabilia alunt ex altiorum montium jugis ipsis allata, sunt vero in his *Verbascum Phlomoides*, *Thalictrum aquilegifolium*, *Arabis Halleri*, *Cytisus nigricans* etc. In agro autem ipso sylvisque occurrunt *Circaea alpina*, *intermedia*, *Asperula odorata*, *Impatiens Nolitangere*, *Sambucus racemosa*, *Chrysosplenium oppositi-*

folium, *Digitalis ochroleuca*, *Thlaspi montanum*, *Arnica montana*, et aliae multae quas omnes enumerare longum est.

Tandem vero commemoratu omnino dignissima sunt prata paludosa turfosa prope *Bockwitz*, in oppidi *Bornae* vicinia posita, caustogaea ad *Crinam* et inter dem *Hengst-* et *Katzenberg* prope *Grimmam*, nec non turfeta *Beumdorfiana* *Delitzschio* proxima, vix satis laudanda. Hic enim praepimis leguntur: *Utricularia vulgaris*, minor, *Schoenus ferrugineus*, albus, *Gla-diolus communis*, *Drosera rotundifolia*, *intermedia*, *Tofieldia palustris*, *Vaccinium Oxycoccus*, *Liparis Loesellii*, *Carex dioica*, *Davalliana*, *Salix fusca*, *repens* etc.

Arborum acerosarum in agro *Lipsiensi* inopiam jam supra commemoravi, quum soli rationem exponerem, atque praeter pinetum ad *Lindenthal*, partemque academicae sylvae siciorem, nusquam intra hujus plagae fines occurrunt spontaneae.

Haec vero sufficiant, quum nec *Topographiam*¹⁾, nec omnium locorum recensum conscribere velim, atque nil aliud restat, nisi ut de illis nunc breviter agam, qui plantas in agro nostro repertas, sive in scriptis suis descripserunt dispersas, sive in libros libellosque congesserunt vario tempore editis. Inter hosce auctores primum occupat locum *H. B. Ruppius*²⁾, vir et suo tempore et hodie adhuc haud exiguo nomine clarus, indefessus rei herbariae cultor, et ardentissimo studio, lynceisque quasi oculis magnum Germaniae tractum perlustrans. Hic in

1) De agro *Lipsiensi* uberius egit exc. *Schwaegrichen*, in *Topographiae naturalis Lipsiensis Spec. I et V. Lips. 799 et 819. 4.*

2) Alb. Haller, *Flora Jenensis* Henr. Bernh. *Ruppi* c. icon. Ed. II. Jenae 745. Ed. I. Ibid. 726.

opere quod de plantis agro Jenensi conscripsit indigenis, plures commemorat, easque rariores Lipsiae quondam ab ipso inventas, quarum natalia loca indicavit, quarumque nonnullae, ad hunc usque diem, iisdem adhuc locis supersunt. Plantae ab eo commemoratae sunt:

Veronica longifolia p. 245. Circaea lutetiana 55. Iris pratensis 32. Polycnemum arvense 339. Galium boreale 6. Asperula cynanchica 7. Symphytum officinale 8. Viola persicifolia 289. Thysselinum palustre 276. Cicuta virosa 284. Selinum Oreoselinum 274. Peucedanum officinale 276. Allium angulosum et ursinum 152. Peplis Portula 120. Rumex maritimus 58. Myosurus minimus 105. Stellaria graminea 110. Saxifraga Tridactylites 123. Adoxa Moschatellina 53. Armeria vulgaris 96. Elatine Alsinastrum 90. Euphorbia dulcis 272. Potentilla alba 106. Prunus Padus 135. Ranunculus aquatilis 104. Geum rivale 108. Nuphar lateum 162. Lythrum hyssopifolia 147. Vicia lathyroides 261. Trifolium arvense 255. Lactuca saligna 207. Cirsium rigens 190. Myriophyllum spicatum 66. et Hydrocharis morsus ranae 61.

Vix vero nominandus est *Dav. Wipacherus* (*Flora Lipsiensis bipartita* Lips. 726. 8.), qui alphabetico ordine plantas plerumque obscuras ita conegessit, ut quid sub hoc illove nomine intellexerit, nesciat lector.

Omnium primus *G. R. Boehmerus* *Floram* edendam curavit *Lipsiae indigenam*, Lips. 750. 8., naturali Rivini systemati adaptatam, quae plantas et perfectas et imperfectas, ad illud usque tempus repertas continet omnes.

Hunc magnus ille sequutus est Linnaei auditor *J. C. D. Schreberus*, qui in *Spicilegio Florae Lipsicae*, Lips. 771. 8.

plantarum laud exiguam enumeravit quantitatem a *Boehmero* omissarum. Complures insuper sive omnino novas in agro nostro detexit, sive ubertim et accurate descripsit. Sunt vero in his: *Setaria verticillata* n. 970. *S. glauca* 972. *Avena strigosa* 988. *A. flavescens* 991. *Hordeum nodosum* 1167. *Arundo sylvatica* 975. *Galium scabrum* 888. *Potamogeton heterophyllus* 928. *Anagallis coerulea* 893. (*Rumex conglomeratus* 576.) *Epilobium molle* 1164. *E. roseum* 1165. *E. tetragonum* 1166. *Arenaria tenuifolia* 945. *Carex Schreberi* 1010. *C. virens* 1011. et *C. glauca* 669.

Plantarum porro Lipsiensium corollarium novum edidit *A. G. E. Jahn* (*Plantae circa Lipsiam nuper inventae* Lips. 774. 4.), quarum hic addamus catalogum: *Hippuris vulgaris*, *Veronica prostrata*, *Glaux maritima*, *Hydrocotyle vulgaris*, *Rosa villosa*, *Astragalus Cicer*, *Trifolium filiforme*, *Tetragonolobus siliquosus*, *Medicago sativa*, *Scorzonera humilis*, *Inula britannica*, *Centaurea Phrygia* et aliae plures hodie non amplius obviae.

Nec plane praetermittenda est *J. P. Eschenbachii Disputatio physica, observationum botanicarum specimen continens*, Lips. 784. 4., in qua plantae duae describuntur rariores: *Circaea alpina* et *Galium campanulatum*, agro nostro ibi primo tributae.

Tandem *J. C. G. Baumgartenii Flora Lipsiensis*, Lips. 790. c. tab. IV. 8. prodit, omnium locupletissima quidem, ac novas multas atque rariores enumerans stirpes, sed ita conflata, ut non tantum exotica cultaque reciperet vegetabilia, sed critices experts, unam eandemque plantam diverso interdum nomine laudet. Multae praeterea plantae ab ipso commemoratae aut nunquam vere adfuisse videntur, aut hodie ab-

sunt, aut locis saltem indicatis nusquam occurrunt; quod multis jam exemplis probavit cel. *Schwaegrichenius* in *Topographiae Lipsiensis* Spec. II et IV. (Lips. 799 et 806.), non solum multa corrigens atque emendans, sed indigenis novis floram adaugens.

Exiguum porro plantarum nostratum numerum continet cl. *K. Sprengelii Flora Halensis*, Halae 806., ejusque *Mantissae* Ibid. 807—811. 8.

H. F. H. Reichenbachius denique novam nuper edidit *Floram Lipsiensem pharmaceuticam*, Lips. 817. 8., in qua et plantas officinales et obsoletas descripsit, synonyma attulit, icones citavit, nec non plures inspersit, ab auctoribus nostris prius neglectas.

CLASSIS I.

M O N A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

I. SALICORNIA. *Lin.*

1. herbacea *Lin.* ☉. Ad salinas prope Koetschau et Teuditz copiose. Aug. Sept. Baumg. 1. Reichb. 1.

II. HIPPURIS. *Lin.*

2. vulgaris *Lin.* 2. In fossis, ad fontes, paludes, v. c. prope Grosszschocher, Kleindoelzig et Schkopau. Jun. Aug. Baumg. 2.

D I G Y N I A.

III. CALLITRICHE. *Lin.*

3. verna *Lin.* ☉. In fossis et rivulis fere ubique. Apr. Maj. Baumg. 3 et 5. (C. dubia)

4. autumnalis *Lin.* ☉. In fossis et aquis stagnantibus, fluviis v. c. an der hohen Brücke in der Elster etc. Aug. Sept. Baumg. 4.

CLASSIS II.

D I A N D R I A.

M O N O G Y N I A.

IV. LIGUSTRUM. *Lin.*

5. vulgare *Lin.* 5. Ad sepes, inque dumetis abunde. Jun. Jul. Baumg. 8. 2)

V. UTRICULARIA. *Lin.*

6. vulgaris *Lin.* 2. In paludibus turfosis, v. c. inter dem Thonberg et Stötteritz, hinter dem Brandvorwerk, im Lüüberbache ad Beudorf, rarius. Jul. Aug. Baumg. 30.

1) *Pinguicula vulgaris* *Lin.* a Boehnero 83. in pascuis udis in Zschocherschen Holze quondam reperta vix amplius plantis Lipsiensibus potest adnumerari.

*7. minor *Lin.* 2. In palude turfosa ad Benndorf, in der Bockwitzer Lehde prope Bornam, et ad Grimnam rarius. Jun. Aug.

VI. LYCOPUS *Lin.*

8. Europaeus *Lin.* 2. Ad fossas et rivulos v. c. inter Lindenau et Leutsch, prope Reudnitz, Barneck et alibi copiose. Jun. Sept. Baumg. 32.

VII. SALVIA *Lin.*

9. pratensis *Lin.* 2. In pratis et pascuis am Bienitz, in versuris agrorum qua itur ad Schkeuditz, prope Teuditz etc. frequens. Jun. Jul. Baumg. 33. Reich. 6.

VIII. VERONICA *Lin.*

†. Floribus racemosis terminalibus.

10. longifolia *Lin.* 2. (V. Schreberi *Baumg.*) In umbrosis humidiusculis v. c. im Rosenthale, in der Nonne, ad Raschwitz, Oetsch etc. copiose. Jul. Aug. Schreb. Spic. 903. Baumg. 12. 7)

11. spicata *Lin.* 2. In pascuis, ad margines sylvarum, v. c. im Bienitz, ad Roeglitz, Teuditz, Schkopau etc. Jul. Aug. Baumg. 13.

12. officinalis *Lin.* 2. In sylvaticis v. c. inter Lindenau et Leutsch, am Bienitz, in sylva academica, ad Connewitz etc. Jun. Aug. Baumg. 14. Reich. 3.

13. Serpyllifolia *Lin.* 2. In pratis et pascuis vulgaris, Mai. Jul. Baumg. 15.

*. Floribus racemosis axillaribus.

14. scutellata *Lin.* 2. In humidis et inundatis ubique. Jul. Aug. Baumg. 18.

15. Anagallis *Lin.* 2. In fossis et rivulis v. c. prope Schoenfeld, Kleindölzig, etc. copiose. Baumg. 17.

16. Beccabunga *Lin.* 2. In rivulis, stagnis, vulgaris, Mai. Aug. Baumg. 16. Reich. 4.

17. Chamaedrys *Lin.* 2. In pascuis, pratis, pomoeriis frequens. Mai. Jun. Baumg. 22.

18. latifolia *Lin.* 2. In dumetis ad margines sylvarum, v. c. im Bienitz, ad Roeglitz etc. Baumg. 23. 2)

19. prostrata *Lin.* 2. In apricis sylvaticis rarius, v. c. in collibus versus Koetschau, Döben, Grosslehna c. Scorzonera lacinata. Mai. Jun. Baumg. 20.

1) Huc referenda est V. maritima Baumg. 11. Cf. Schrad. de Veron. spicat. p. 26.

2) Ad hanc eandem speciem pertinet. V. Tenerium Baumg. 19. Reich. 5. Schwaegr. Topograph. II. p. 5.

20. montana *Lin.* 2. In sylvaticis, v. c. im Rosenthale, Bienitz, Leutscher Holze, Mai. Jun. Baumg. 21.

† † † Pedunculis unifloris.

21. arvensis *Lin.* 2. In agris, cultis, passim. Apr. Mai. Baumg. 25.

22. agrestis *Lin.* 2. In agris et arvis frequens, Aestate, Baumg. 24. β) opaca, Reich.

23. hederacifolia *Lin.* 2. In agris cultis et incultis abunde. Mai. Jun. Baumg. 26.

*24. persica *Poir.* 2. (V. Buxbaumii Reich.) In oleraceis ad Dölitz et in agris flor. Lips. hinc inde non infrequens. Mai. Jun.

25. triphyllus *Lin.* 2. In agris, cultis, hortis ubique. Apr. Mai. Baumg. 27.

26. verna *Lin.* 2. In apricis v. c. in monte St. Thecla rarius. Apr. Mai. Baumg. 28.

IX. CIRCAEA *Lin.*

27. Lutetiana *Lin.* 2. In locis umbrosis, humidis vulgatissima. Jul. Aug. Baumg. 34.

28. alpina *Lin.* 2. In umbrosis v. c. prope Döben, Crinam et Grimnam rarius. Jul. Aug. Baumg. 35.

*29. intermedia *Ehrh.* 2. An der Dorna'schen Mühle prope Grimnam rar. Jul. Aug.

DIGYNIA.

X. ANTHOXANTHUM *Lin.*

30. odoratum *Lin.* 2. In pratis et pascuis ubique copiose. Mai. Jul. Baumg. 36.

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

XI. VALERIANA. *Lin.*

31. dioica *Lin.* 2. In paludosis, pratisque sylvaticis v. c. prope Schönfeld, Kleindölzig etc. Mai. Jun. Baumg. 73.

32. officinalis *Lin.* 2. In humidis ad Abtaundorf, in der Nonne, in pratis ad Schoenfeld, Taucha, am Bienitz etc. Jun. Jul. Baumg. 74. Reich. 7.

XII. FEDIA. *Mönch.*

33. olitoria *Vahl.* 2. (Valeriana *Lin.*) In agris cultis vulgaris. Apr. Jun. Baumg. 75.

34. *dentata Vahl* ☉. (*Valeriana Lin.*) Inter segetes sylvae academ. vicinis, ad Connwitz, Dölzig etc. Jun. Jul. Baumg. 76.

XIII. POLYCNEMUM. *Lin.*

35. *arvense Lin.* ☉. In agris arenosis am Bienitz, auf dem Kikerlingsberg, in via ad Rückmarsdorf, Seegeritz, Jun. Aug. Baumg. 77.

XIV. GLADIOLUS *Lin.*

36. *communis Lin.* 2. In pratis humidis prope Kleindölzig passim, ad Benndorf copiose, Mai. Jun. Baumg. 78. Reich. 8.

XV. IRIS. *Lin.*

37. *pratensis Redout.* 2. (*I. sibirica W.*) In pratis humidis ad Kleindölzig, Leutsch etc. passim Mai. Jul. Baumg. 81.

38. *Pseudacorus Lin.* 2. In fossis aquosis ad Schoenfeld, Abt-naundorf et alibi. Mai. Jun. Baumg. 80. Reich. 9.

- * 39. *pumila Lin.* 2. In muris limosis ad Burghausen, Radefeld, Lindenau, Entritzsch etc. Apr. Mai. Schwaegr. Topogr. II. p. 6.

XVI. SCHOENVS *Lin.*

- * 40. *ferrugineus Lin.* 2. In turfosis auf der Benndorfer Wiese prope Delitsch, Mai. Jun. Schwaegr. Topogr. IV. p. 4.

41. *albus Lin.* 2. Eodem loco c. antecedente, copiose, et ad Bockwitz prope Bornam, Jun. Aug. Baumg. 86.

XVII. CYPERUS. *Lin.*

42. *flavescens Lin.* ☉. In pratis paludosis prope Schoenfeld, Lindenthal, Kleindölzig haud infrequens. Jul. Aug. Baumg. 87.

43. *fuscus Lin.* ☉. In paludosis ad Lindenthal, Gohlis, Abt-naundorf etc. Jul. Aug. Baumg. 88.

XVIII. SCIRPUS *Lin.*

44. *palustris Lin.* 2. In pratis paludosis, fossisque ubique. Jun. Aug. Baumg. 90.

- * 45. *Bacothryon Ehrh.* 2. In paludosis ad Fuchshayn, Naundorf, Benndorf. Jun. Jul.

46. *ovatus Ehrh.* ☉. (*S. capitatus Schreb.*) In paludosis, v. c. im Leutscher Holze, piscina ad Leutsch, Barneck etc. passim. Jul. Aug. Schreb. Spic. 1006. Baumg. 91.

47. *acicularis Lin.* ☉. In paludosis et inundatis, auf der Vogelwiese, in pratis ad Schoenfeld, Barneck, Kleindölzig, Eilenburg, Lindenthal etc. frequens. Jun. Aug. Baumg. 92.

48. *setaceus Lin.* ☉. In humidis ad Benndorf, Schoenfeld, Kleindölzig etc. Jul. Aug. Baumg. 94.

49. *caricinus Schrad.* 2. (*Schoenus compressus Lin.*) In pratis

- humidiusculis prope Kleindölzig, Plaassig, rarior. Jun. Jul. Baumg. 85. 1)

50. *lacustris Lin.* 2. In paludosis vulgaris Jun. Jul. Baumg. 93.

51. *maritimus Lin.* 2. In locis uliginosis ad Koetschau, et ad Döllnitz in der Aue. Jun. Aug. Baumg. 96.

52. *sylvaticus Lin.* 2. Ad fossas, in pratis sylvaticis copiose Jun. Jul. Baumg. 97.

- * 53. *radicans Schk.* 2. In palude prope Kleinzschocher haud procul a Plagwitz, et in prato Vogelwiese rarior Jul. Aug.

XIX. ERIOPHORUM. *Lin.*

* Spica unica.

- * 54. *vaginatum Lin.* 2. In paludosis turfosis ad Eilenburg, Düben, Altenhayn, Crina. Apr. Mai.

* * Spicis plurimis.

- * 55. *angustifolium Reich.* 2. In pratis paludosis, v. c. Schoenfeld haud infrequens. Apr. Mai.

56. *latifolium Hoppe* 2. (*Polystachion Lin.*) In pratis udis ad Kleindölzig et Benndorf copiose. Apr. Mai. Baumg. 98.

XX. NARDUS. *Lin.*

57. *stricta Lin.* 2. In pratis humidis ad Stoetteritz, Schoenfeld, Vogelwiese, Kleindölzig, Bienitz, sylv. academ. etc. Jun. Jul. Baumg. 99.

DIGYNIA.

XXI. ALOPECURUS. *Lin.*

58. *pratensis Lin.* 2. In pratis fere omnibus vulgaris. Mai. Jun. Baumg. 103.

59. *geniculatus Lin.* 2. In fossis, pratis humidis, v. c. im Rosenthale, ad Gohlis, Schoenfeld etc. vulgaris Jun. Aug. Baumg. 105.

- * 60. *paludosus Beauv.* 2. In sylvis, pratisque humidiusculis, v. c. im Leutscher, Connwitz Holze. Jun. Aug. 2)

XXII. PHLEUM. *Lin.*

61. *pratense Lin.* 2. In pratis et pascuis ubique. Mai. Aug. Baumg. 182.

62. *nodosum Lin.* 2. In versuris et pratis prope dem Windmühlenthor, am Bienitz, ad Roeglitz etc. Jun. Jul. Baumg. 183.

1) Scirpus mucronatus Lin. 2. (*S. glomeratus Scop.*) a Baumgartenio 95.

2) Nil aliud fortasse nisi varietas praecedens.

63. *Boehmeri* *Wib.* 2. (*Phalaris phleoides* *Lin.*) In muris limosis ad Benndorf rarissime. Jun. Aug. Baumg. 102.

XXIII. MILIUM. *Lin.*

64. *effusum* *Lin.* 2. In sylvis et nemoribus copiose Mai. Jun. Baumg. 106. Reich. 10.

XXIV. CALAMAGROSTIS. *Roth.*

65. *Epigeios* *Roth.* 2. (*Arundo* *Lin.*) In versuris am Bienitz, in via ad Lindenthal passim. Jul. Aug. Baumg. 178.

XXV. STIPA. *Lin.*

66. *capillata* *Lin.* 2. In collibus arenosis, v. c. ad viam prope Koetschau et Dürrenberg. Jun. Jul. Baumg. 113 et 117. (St. juncea) 1)

XXVI. AGROSTIS. *Lin.*

† Corolla mutica.

- * 67. *vulgaris* *With.* 2. In agris arenosis frequens. Jul. Aug. 2)
68. *alba* *Schrad.* 2. In pratis et arvis. Jul. Aug. Baumg. 113.
69. *canina* *Lin.* 2. In pascuis, agrisque arenosis in monte St. Thecla, am Thongraben. Jul. Aug. Baumg. 110. 2)

4) 6) ++ Corolla aristata.

70. *Spica venti* *Lin.* 2. In agris inter segetes copiose. Jun. Jul. Baumg. 107.

XXVII. LEERSIA. *Sw.*

- * 71. *oryzoides* *Sw.* 2. (*Phalaris oryzoides* *Lin.*) Crescit ad Plissam, am Flossgraben neben der Brücke, die nach dem Brandvorwerk führt, et ad Gohlis. Jul. Aug. Schwaegr. Topogr. II. p. 7.

XXVIII. HORDEUM. *Lin.*

72. *murinum* *Lin.* 2. Ad muros, vias, in ruderalis vulgatissimum. Mai. Jun. Baumg. 195.

73. *nodosum* *Lin.* 2. (*Hordeum secalinum* *Schreb.*) In pratis, pascuis, ad vias, e. g. hinter den Kohlgärten, prope Rückmarsdorf, Kleindölzig, Kötschau etc. Jun. Jul. Schreb. Spic. 1167. Baumg. 196.

1) *Stipa pennata* *L.* auctore Baumgartenio 116. reperitur in arenosis ad Schkenditz et Pomsen.

2) *Agrostis hispida* *W.* Schwaegr. Topogr. II. p. 8. Agr. rubra. Baumg. 109 et *A. capillaris* *Schreb.* Spic. 978. et Baumg. 112. pertinent ad *Agrost. vulgarem*.

3) *Agrostis stolonifera* *Baumg.* 111. eadem est ac *Agr. canina*.

4) *Agrostis vinealis* *Schreb.* Spic. 977. Baumg. 115. est planta dubia, nec unquam a botanicis reperta.

5) *Knappia agrostidea* *Smith.* *Agrostis minima* *L.* teste Baumgartenio 114. crescit in arenosis ad Lindenthal et Bienitz. Nuperius ibi inventa non est.

XXIX. DIGITARIA. *Scop.*

74. *sanguinalis* *Pers.* 2. (*Panicum sanguinale* *Lin.*) In agris et arenosis v. c. ad Pfaffendorf sparsim, prope Schmölen frequens. Jul. Aug. Baumg. 135.

XXX. PHALARIS. *Lin.*

75. *arundinacea* *Lin.* 2. Ad fossas, in pratis humidis et alibi passim. Mai. Jun. Baumg. 101.

XXXI. AIRA. *Lin.*

76. *aquatica* *Lin.* 2. In fossis ac paludibus ad Kleindölzig, Benndorf. Jun. Jul. Baumg. 120.

77. *flexuosa* *Lin.* 2. In nemoribus v. c. ad Lindenthal, in sylvae academica, et in der Hardt rarior. Jun. Jul. Baumg. 122. 2)

- * 78. *discolor* *Thuell.* 2. (*A. uliginosa* *Weihe.*) In nemorosis pratisque sylvaticis v. c. dem Rosenthale rarior. Jun. Jul.

79. *caespitosa* *Lin.* 2. In pratis humidis agrisque vulgaris. Jul. Aug. Baumg. 121.

80. *caryophyllea* *Lin.* 2. In arenosis v. c. in der Sandgrube ad Lindenau, ad Schoenefeld, Connewitz, Benndorf, etc. frequens. Jun. Jul. Baumg. 126.

81. *canescens* *Lin.* 2. In arenosis am Bienitz et alibi non infrequens. Jul. Aug. Baumg. 124.

XXXII. MELICA. *Lin.*

82. *nutans* *Lin.* 2. In sylvaticis copiose. Mai. Jun. Baumg. 129. 2)

XXXIII. ANDROPOGON. *Lin.*

83. *Ischaemum* *Lin.* 2. In collibus aridis ad Dürrenberg et Merseburg. Baumg. 229.

XXXIV. HOLCUS. *Lin.*

84. *avenaceus* *Scop.* 2. (*Avena elatior* *Lin.*) In pratis sylvaticis in Rosenthale, ad Connewitz, Lindenau, Kleindölzig etc. Jun. Jul. Baumg. 168.

85. *mollis* *Lin.* 2. In arenosis, sylvaticis, pratis, v. c. in Bienitz, sylvae academ. et ad Abtnaundorf. Jun. Jul. Baumg. 230.

86. *lanatus* *Lin.* 2. In pratis humidis vulgaris. Mai. Jun. Baumg. 231.

XXXV. SETARIA. *P. Beauv.* (*Panicum* *Lin.*).

87. *verticillata* *P. Beauv.* 2. In agris et arvis, v. c. in vinea prope Roeglitz et alibi. Jul. Aug. Baumg. 131.

88. *viridis* *P. Beauv.* 2. In agris et muris frequens. Jul. Aug. Baumg. 133.

1) *Aira montana* auct. Baumg. 123. huc pertinet.

2) *Melica ciliata* *L.* Baumg. 128. in agro nostro quantum scio, nunc desideratur.

89. glauca, *P. Beauv.* ☉. In agris v. c. am. Bienitz abunde. Jul. Aug. Baumg. 132.

XXXVI. ORTHOPOGON. *R. Br.*

90. Crus Galli *R. Br.* ☉. (*Panicum* cr. Galli *Lin.*) In cultis, agris, arvis. Jul. Aug. Baumg. 131.

XXXVII. TRITICUM. *Lin.*

91. repens *Lin.* ♀. In ruderalis, inque agrorum versuris fere ubique Jun. Jul. Baumg. 191. Reich. 11.

92. caninum *Schreb.* ♀. (*Elymus caninus. Lin.*) In sylvis umbrosis, v. c. ad ripas Plissae versus Gohlis, in sylva academica etc. Jun. Jul. Schreb. Spic. 985. Baumg. 181.

XXXVIII. LOLIUM. *Lin.*

93. perenne *Lin.* ♀. In pratis et pascuis vulgare. Jun. Jul. Baumg. 186.

* 94. arvense *With.* ☉. In arvis et pascuis, v. c. prope Zwenndorf. Jun. Jul.

95. temulentum *Lin.* ☉. In agris inter segetes. Jun. Jul. Baumg. 187. Reich. 12. *)

XXXIX. TRIODIA. *R. Br.*

96. decumbens *P. Beauv.* ♀. (*Festuca decumbens Lin.*) In pratis et pascuis siccis ad Dölitz, Lindenthal, in der Hardt, sylva acad., Bienitz. Jun. Jul. Baumg. 157.

XL. AVENA. *Lin.*

97. strigosa *Schreb.* ☉. In agris inter segetes ad Plagwitz, Koetschau etc. passim. Jul. Aug. Schreb. Spic. 985. Baumg. 171. 2)

98. pubescens *Lin.* ♀. In pratis et pascuis siccioribus, v. c. ad montem St. Thecla, ad Kleindölzig etc. Mai. Jul. Baumg. 174.

99. flavescens *Lin.* ♀. In pratis et pascuis haud infrequens. Jun. Jul. Baumg. 175.

100. pratensis *Lin.* ♀. In pratis siccioribus, am. Bienitz, ad Bockwitz prope Bornam etc. rarior. Jun. Jul. Baumg. 176.

101. praecox *Beauv.* ☉. (*Aira praecox. Lin.*) In Bienitz, in colle ad Beundorf et Brandis, ad margines sylv. academ., prope Schwemsal. Mai. Jun. Baumg. 125. 2)

XLI. KOELERA. *Pers.*

102. cristata *Pers.* ♀. (*Poa cristata Lin.*) In collibus siccis hinc inde frequens. Jun. Jul. Baumg. 144.

1) *Elymus* Europaeus *L.* Baumg. 185. hodie disparuisse videtur.

2) *Avena fatua* Baumg. 173. nunc non amplius adest.

3) *Avena Loefflingiana Lin.* Baumg. 172. est planta Europae australis.

XLII. MOLINIA. *Schrk.*

103. coerulea *Mönch* ♀. (*Aira coerulea Lin.*, *Melica coer. Schk.*) In humidis argillaceis, v. c. am. Thongraben et in pratis paludosis haud infrequens. Jul. Aug. Baumg. 127.

XLIII. POA. *Lin.*

104. trivialis *Lin.* ♀. In pratis, pascuis, ad vias ubique. Mai. Aug. Baumg. 138.

105. nemoralis *Lin.* ♀. In sylvaticis umbrosis v. c. im. Rosenthale, im. Leutscher, Connewitzer Holze, Bienitz etc. frequens Jun. Jul. Baumg. 143.

106. pratensis *Lin.* ♀. In pratis udis ad Schoenfeld et alibi vulgaris Mai. Aug. Baumg. 140. *)

107. annua *Lin.* ☉. In pascuis, ruderalis, ad vias vulgaris. Floret per totam aetatem. Baumg. 141.

* 108. distans *Lin.* ♀. In dem Stadtgraben am Schlosse, in der Sandgrube, in locis salsis ad Koetschau. Mai. Aug.

109. aquatica *Lin.* ♀. Ad piscinas, in fossis et pratis uliginosis vulgaris. Jun. Jul. Baumg. 137.

110. compressa *Lin.* ♀. In tectis et muris ad Leutsch, Schoenfeld, Raudnitz, Guadorf etc. copiose. Jun. Jul. Baumg. 145.

111. bulbosa *Lin.* ♀. In arenosis passim. Baumg. 146. var. β . vivipara in muro limoso ad Beundorf. Jun. Jul.

XLIV. BRIZA. *Lin.*

112. media *Lin.* ♀. In pratis et pascuis vulgaris. Mai. Jun. Baumg. 147. (B. minor.) et 148. 2)

XLV. CYNOSURUS. *Lin.*

113. cristatus *Lin.* ♀. In pratis, pascuis siccioribus, ad vias copiose. Jun. Jul. Baumg. 180.

XLVI. DACTYLIS. *Lin.*

114. glomerata *Lin.* ♀. In pratis, pascuis, versuris, ad vias ubique. Jun. Aug. Baumg. 130.

XLVII. GLYCERIA. *R. Br.*

115. fluitans *Beauv.* ♀. (*Festuca fluitans. Lin.*) In fossis et paludosis vulgaris. Jun. Sept. Baumg. 158. Reich. 10.

XLVIII. FESTUCA. *Lin.*

116. ovina *Lin.* ♀. In arenosis aridis frequens. Mai. Jun. Baumg. 149.

1) Haec referendae sunt, *Poa angustifolia Lin.* Baumg. 139. et *Poa humilis Ehrh.* (prope Tiefensee).

2) *Sessleria coerulea Ard.* Baumg. 181. vix intra finem florum Lipsiensis provenire videtur.

117. rubra *Lin.* 2. In pratis ad Leutsch, Connewitz, Lindenau etc. Jun. Jul. Baumg. 150. *)
 118. arundinacea *Schreb.* 2. In pratis humidis ad Kleindölzig rarior. Jun. Jul. Schreb. Spic. 1000. Baumg. 153.
 119. Myurus *Lin.*, ①. In arenosis v. c. in der Sandgrube, am Bienitz etc. alibi passim. Jun. Jul. Baumg. 154.
 120. duriuscula *Lin.* 2. In pratis et pascuis prope Beundorf rarior Jun. Jul. Baumg. 151.
 121. pratensis *Huds.* 2. (F. elatior *Lin.*) In pratis humidiusculis v. c. der Vogelwiese, prope Kleindölzig etc. Jun. Aug. Baumg. 152.
 122. heterophylla *Haenke* 2. (F. nemorum *Leyss.*) In nemorosis rarior. Jul. Aug. Baumg. 155.

XLIX. BROMUS, *Lin.*

123. secalinus *Lin.*, ①. Inter segetes copiose. Jun. Jul. Baumg. 159. *)
 124. sterilis *Lin.* ①. Ad vias, aggeres, inque dumetis ubique. Jun. Aug. Baumg. 163.
 125. tectorum *Lin.* ①. In agris, ruderalis abunde. Mai. Jul. Baumg. 165.
 * 126. commutatus *Schrad.* ♂. Inter segetes hinc inde rarissime. Mai. Jun. Röbling. D. F. ed. nov. I. p. 684.
 127. mollis *Lin.* ♂. In pratis, pascuis et ad vias frequens. Mai. Jul. Baumg. 160.
 128. inermis *Lin.* 2. Ad margines agrorum v. c. vor Gundorf, am Bienitz, ad Roeglitz, ad montem St. Thecla. Jun. Jul. Baumg. 161.
 129. asper *Lin.* 2. In nemorosis v. c. in sylva academica passim. Jun. Jul. Baumg. 162.
 130. giganteus *Lin.* 2. In nemorosis umbrosis, im Rosenthale, in sylv. academ. etc. copiose. Jun. Aug. Baumg. 166.
 L. BRACHYPODIUM. *Beauv.*
 131. pinnatum *Beauv.* 2. (Bromus pinnatus *Lin.*) In sylvaticis, v. c. im Bienitz, porro ad Roeglitz, Cospuden etc. passim. Baumg. 167.
 * 132. sylvaticum *R. et S.* 2. (Bromus gracilis *Weigl.*) In umbrosis sylvaticis v. c. im Rosenthal, Bienitz, sylva academ. etc. rarius. Jul. Aug.

1) Festuca pratensis Schreb. Spic. 999. nil est nisi varietas F. rabrae.
 2) Bromus arvensis Baumg. 164. hodie in agris nostris desiderari videtur.

LI. ARUNDO, *Lin.*

133. Phragmites *Lin.* 2. In aquis stagnantibus, piscinis, fossis fere ubique. Jul. Aug. Baumg. 177.
 134. sylvatica *Schrad.* 2. (Agrostis arundinacea *Lin.*) In sylvaticis, montosis, im Bienitz et in sylv. academ. Jul. Aug. Baumg. 108.
 * 135. pseudo-phragmites *Schrad.* 2. In aquosis, hinter dem Brandvorwerk, et ad ripas Muldae prope Böhlen rarius. Jul. Aug.

LII. HOLOSTEUM, *Lin.*

136. umbellatum *Lin.* ①. In arvis ad Stötteritz, Gundorf, Roeglitz etc. frequens. Mart. Apr. Baumg. 82.

LIII. MONTIA, *Lin.*

137. fontana *Lin.* ①. Ad margines arenosas fontium. Apr. Jul.
 * a. rivularis *Gm.*, inter dem Hengst- und Katzenberg prope Grimmam etc.
 b. minor *Gm.*, in arvis humidiusculis am Bienitz et alibi frequens. Baumg. 83.

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.
MONOGYNIA.LIV. DIPSACUS, *Lin.*

138. sylvestris *Mill.* ♂ (D. fullonum *Lin.*) In pratis siccis, ruderalis, ad fossas, v. c. der Vogelwiese, prope Stötteritz, Rendnitz, Leutsch, Rückmarsdorf etc. vulgaris. Jul. Aug. Baumg. 236. *)
 139. pilosus *Lin.* ①. Ad sepes, sylvarum margines, v. c. im Leutscher Holze, ad Delitzsch etc. Jul. Aug. Baumg. 239.

LV. SCABIOSA, *Vaill.*

140. arvensis *Lin.* 2. In pratis, pascuis, viis copiose. Mai. Aug. Baumg. 233. Reich. 15.

LVI. SUCCISA, *Vaill.*

141. pratensis *Moench* 2. (Scabiosa succisa *Lin.*) In pratis sylvaticis humidis, v. c. auf der Vogelwiese, ad Schoenfeld, Leutsch, Kleindölzig etc. copiose. Baumg. 232. Reich. 14.

LVII. ASTEROCEPHALUS, *Vaill.*

- * 142. canescens *W. et K.* 2. (Scabiosa suaveolens, *Desf.*) In colle arenoso ad Bienitz rarior. Jun. Aug.
 143. columbaria *Vaill.* 2. (Scabiosa columbaria *Lin.*) In pratis paludosis am Bienitz rarior Jun. Aug. Baumg. 234.

1) Huc quoque Dipsacus sativus Baumg. 238, Dips. laciniatus *Lin.*, Baumg. 237. e plantarum nostratum eliminetur catalogo.

144. ochroleuca *Vaill.* 2. (*Scabiosa tenuifolia Roth*) In pascuis montosis ad Gohlis, Eutritzsch, Schkenditz, in colle arenoso ad Rückmarsdorf etc. Baumg. 235.

LVIII. GALIUM. *Lin.*

+ Seminibus glabris.

145. cruciatum *Smth.* 2. (*Valantia cruciata Lin.*) In umbrosis, ad sepes v. c. prope Leutsch, Zweynandorf, Kleindölzig etc. haud infrequens, Jun. Jul. Baumg. 1735.
146. palustre *Lin.* 2. In pratis paludosis ad Schoenfeld, auf der Vogelwiese etc. copiose Jun. Aug. Baumg. 247.
147. uliginosum *Lin.* 2. In pratis uliginosis ad Lindenau, Kleindölzig, Meysdorf etc. frequens. Jun. Jul. Baumg. 249.
148. scabrum *Jacq.* 2. (*asperum Schreb., Bocconi W.*) In pratis paludosis ad Lindenthal, Bienitz, Jun. Jul. Schreb. Spic. 888. Baumg. 255.
149. verum *Lin.* 2. In pascuis, pratis, ad fossas, agrorumque versuras ubique, Jul. Sept. Baumg. 251. Reich. 15.
150. Mollugo *Lin.* 2. In pratis, ad sepes, vias, passim. Mai. Jun. Baumg. 252. Reich. 16.
151. campanulatum *Vill.* 2. (*G. glaucum Jacq.*) In nemorosis montosis im Bienitz et ad Pegau rarissime. Jun. Jul. Baumg. 254. 1)
152. sylvaticum *Lin.* 2. In sylvaticis, im Bienitz, in sylv. academ. etc. Jul. Aug. Baumg. 253.
153. tricornue *Smth.* 0. (*G. spurium, Lin.*) Inter segetes ad Lindenthal rarius. Jun. Aug. Baumg. 250.

+ + Seminibus hispidis.

154. boreale *Lin.* 2. In pratis, nemorosis, ad sepes abunde. Jul. Aug. Baumg. 256.
155. rotundifolium *Lin.* 2. In umbrosis, v. c. in der Bürgeraue, post Gohlis, im Bienitz, im Lindenthaler Holze, der Dübener Haide etc. Jul. Aug. Baumg. 258.
156. Aparine *Lin.* 0. In sepibus, dumetis, nemoribus vulgare. Jun. Jul. Baumg. 257.

β. infestum *Kit.* in pineto ad Lindenthal.

LIX. ASPERULA. *Lin.*

157. cynanchica *Lin.* 2. In versuris siccis ad Dürrenberg, in der Dübener Haide. Jun. Aug. Baumg. 262.
158. tinctoria *Lin.* 2. In sylvaticis montosis, im Bienitz rarius. Jul. Aug. Baumg. 261.
159. odorata *Lin.* 2. In umbrosis sylvaticis v. c. in sylv. fagi-

1) Galium montanum, Baumg. 248. c. Gal. campanulato exit jungendum, praesertim quum et locus natus hanc nostram confirmet sententiam.

- nea prope Grömmam et in der Dübener Haide rarior. Baumg. 259. Reich. 15. 1)

LX. SHERARDIA. *Lin.*

160. arvensis *Lin.* 0. In agris inter segetes, v. c. ad Gohlis, Leutsch, Gundorf, et alibi copiose, Jun. Aug. Baumg. 263.

LXI. SANGUISORBA. *Lin.*

161. officinalis *Lin.* 2. In pratis humidis, v. c. im Rosenthal, auf der Vogelwiese, ad Leutsch, Raschwitz etc. copiosissime Baumg. 246. Reich. 17.

LXII. PLANTAGO. *Lin.*

162. major *Lin.* 2. Ad vias, in pratis ubique. Mai. Jul. Baumg. 241. Reich. 16.
163. media *Lin.* 2. Cum praecedente. Baumg. 242. Reich. 16.
164. lanceolata *Lin.* 2. Ad vias vulgatissima. Mai. Jun. Baumg. 242. Reich. 16.
165. maritima *Lin.* 2. Ad salinas prope Koetschau frequens. Jun. Oct. Baumg. 244. 2)

- * 166. arenaria *W. et K.* 2. In via qua itur ad Lindenthal semel inventa. Jun.

LXIII. CENTUNCULUS. *Lin.*

167. minimus *Lin.* 0. In arenosis am Bienitz, am Brandvorwerk, prope Wetteritzsch, in sylv. academ. et alibi passim. Baumg. 240.

LXIV. TRAPA. *Lin.*

168. natans *Lin.* 0. In aquis stagnantibus, v. c. in piscinis ad Lindenau etc. copiosissime. Jun. Jul. Baumg. 264.

LXV. MAJANTHEMUM. *Wigg.*

169. bifolium *Dec.* 2. (*Convallaria bifolia Lin.*) In sylvaticis umbrosis, v. c. in sylv. academ. abunde Mai. Jun. Baumg. 482.

LXVI. CORNUS. *Lin.*

170. mascula *Lin.* 2. In sepibus vulgaris. Febr. Mart. Baumg. 265. Reich. 18.

171. sanguinea *Lin.* 2. In sylv. et dumetis frequens. Jun. Jul. Baumg. 266.

XLVII. ALCHEMILLA. *Lin.*

172. vulgaris *Lin.* 2. In sylvaticis graminosis, v. c. im Rosenthal, prope Leutsch et alibi haud infrequens. Mai. Jun. Baumg. 268. Reich. 17.

1) Asperulam arvensem Baumg. 260. vere adesse dubito.

2) Plantago subulata Baumg. 245. varietas est Pl. maritimae foliis angustioribus, Pl. subulata L. vera, est planta gallica, in Germania nondum detecta.

173. *Aphanes Leers* ♂. (*Aphanes arvensis* *Lin.*) In agris inter segetes frequens. Jun. Aug. Baumg. 269.

TETRANDRIA.

LXVIII. SAGINA. *Lin.*

174. *procumbens* *Lin.* 2. In agris, apricis humidis copiose. Jun. Jul. Baumg. 280.

- * 175. *apetala* *Lin.* ♂. In agris prope Connewitz, Bienitz et Podelwitz rarior Mai. Jul.

LXIX. MOENCHIA. *Ehrh.*

176. *glauc* *Pers.* ♂. (*Sagina erecta* *Lin.*) In arenosis, v. c. in coemeterio ad Connewitz, in der Sandgrube bei Lindenau. Apr. Mai. Baumg. 281.

LXX. RADIOLA. *Smth.*

177. *millegrana* *Smth.* ♂. (*Linum radiola* *Lin.*) In arenosis humiusculis v. c. ad Schoenfeld, am Bienitz, Wetteritzsch, in sylv. academ., im Podelwitzer Hölzchen, Schladebach, Düben etc. Jul. Aug. Baumg. 447.

LXXI. POTAMOGETON. *Lin.*

178. *natans* *Lin.* 2. In stagnis et fluviis, v. c. hinter dem Brandvorwerk, in piscina ad Barnek etc. frequens. Jul. Aug. Baumg. 271.

- * 179. *rufescens* *Schrad.* 2. In fossa prati hinter dem Brandvorwerk rarius. Jun. Aug.

180. *heterophyllus* *Schreb.* 2. (*P. gramineus* Baumg.) In stagno ad Lindenthal, primo ibi a Schrebero inventus. Jul. Aug. Schreb. Spic. 928. Baumg. 277.

181. *lucens* *Lin.* 2. In piscinis ad Leutsch et Barneck, in Gauchs Gut, ad Schleussig etc. Jul. Aug. Baumg. 273.

182. *perfoliatus* *Lin.* 2. In fluviis v. c. der Parthe, in piscinis ad Schönfeld et alibi Jul. Aug. Baumg. 272.

